



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Vera interpretatio sententiæ S. Tho. c. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

videat speciem impressam essentiae diuinæ, aut verbi illius in intellectu alterius, per eam visam non posse clare videre ipsum Deum: id quod expresse notatur Gregor. in 1. d. 2. & in 2. d. 9. q. 2. & Gabr. ibidem q. 2. ar. 5. dub. 1. Tunc enim esset medium priori illo modo, quod prius cognitum, duceret in cognitionem alterius; cumq; in se non haberet omnem rationem, & entitatem Dei, nec esset eiusdem rationis cum eo, sed omnino diuersa; fieri non posset, vt per tale medium prius cognitum Deus videretur: cum tamen intellectus, in quo est species illa impressa, aut expressa, possit per illam Deum clare intueri, quoniam illi tantum est medium posteriori illo modo, vel per modum elicentis principij, vel per modum cognitionis expressæ: nihil ergo vetat, quo minus sit talis species in intellectu beati. An vero per hanc speciem visam possit deduci evidens aliqua notitia Trinitatis, dicemus disp. 135. c. 2.

Scilicet. Ad confirmatio-
nem rem
respondetur.

Speciem in
speculo re-
fractam non
videri, man-
ifesto ostendit-
ur.

26

Ad confirmationem vero respondeo cum Scotto quodlib. cit. non videri à nobis similitudinem rei existentis in speculo, sed per refractionem in quouis corpore polito speciem in oculum derivari, quæ rem ipsam, quæ est à tergo, intrinsecum, cum alias non nisi è regione posita videri possit: quare non sequitur, per speciem rei prius visam rem ipsam, sicuti est, vnquam videri. Porro autem speciem in speculo existentem non videri, licet contrarium nobis appareat, duobus experimentis, & vnica ratione euidenter probatur. Alterum experimentum est huiusmodi: si species existens in speculo videretur, non appareret proculdubio intra profunditatem, & distantiam ipsius: accidens enim, quod est in subiecto aliquo eandem cum ipso habet distantiam sub qua simul cum ipso videtur, atqui res illa, quæ obiecto speculo apparet, multo interius, & in profundiori distantia videtur, quam speculum: quinimo quanto magis res ipsa ab speculo è regione posita distat, eo profundius videtur nobis intra speculum apparere: ergo signum evidens est, non videri ipsam speciem, quæ intra corpus speculi existit, sed rem è regione positam, quæ propter refractionem specierum cum tota sua distantia eodem modo representatur.

Alterum experimentum est, qui tali facultate videndi præditi sunt, vt è propinquo optime videant, è longinquo vero egeant peculiari quodam genere perspicillorum, etiam si speculum habeant è regione satis propinquum, & ad illud intrandum, & quæ in eo sunt non indigeant perspicillis. egeant tamen ad videndum ea, quæ à tergo posita sunt, & per refractionem in speculo apparent, si in longinqua distantia posita sint: signum igitur est, non esse in speculo id, quod videtur, cum ipsum speculum, & quæ in eo sunt in optima distantia posita sint, vt sine perspicillis recte videantur, sed rem ipsam à tergo positam videri, quæ cum non sit in debita distantia, sine perspicillis etiam in speculo refracta visui recte apparere non potest.

Ratio autem est huiusmodi. Species visibilis non est color, etiam remissus, sed ab omni colore, & luce diuersa, vt secundo de Anima cap. 7. latius probatur: ergo non potest videri: obiectum enim visus teste eodem Arist. eo cap. est color, aut lumen.

Verum obijciat nobis quispiam Apostolum cum dixit, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Vbi cum comparet visionem obscuram Dei, quam habemus in hac vita, visioni

Vasquez in 1. part. Tomus I.

in speculo, & in ænigmate, necesse est, vt dicamus, in speculo rem ipsam non videri secundum se, sicuti est, sed visa prius sui similitudine: sicut visio alicuius in ænigmate fit prius ipso ænigmate visot alioquin si in speculo res ipsa sicuti est, videretur, veluti è regione posita, non recte Paulus comparasset visionem obscuram viæ ei, quæ fit in speculo, claram autem, quam habemus in patria ei, quæ rem è regione positam intuemur.

Respondeo, Paulum non dixisse, rem videri in speculo, sed per speculum: nam cum in illo species refrangantur, & ad oculum perueniant, quæ alias ipsum non contingerent, merito per speculum dicimus videre, non aliquid, quod in ipso sit, sed rem cuius species in eo recipitur. Comparat vero huic visioni, quæ fit per refractionem in speculo cognitionem obscuram, quam in hac vita habemus de Deo: quoniam licet per speculum res ipsa secundum se videatur, non tamen apparet omnino non mutata, neque ita perfecte sicuti facie ad faciem. Nam & quantitas variari, imo ipsa colorum, & figuræ dispositio non ita perfecte apparere solet, sicuti est: merito igitur visionem patriæ comparauit visioni rei, quam facie ad faciem intuemur. Et quia non satis videbatur sibi Paulus explicasse obscuritatem cognitionis, quam de Deo in hac vita habemus, comparando eam visioni rei per speculum, subiunxit, *In ænigmate*, vt ostenderet, obscuriorem eam esse: quam quæ est per speculum: ænigma enim teste Aug. 15. de Trinit. cap. 9. est similitudo quædam obscura alicuius, veluti quoties per vnâ rem aliam significare volumus, vt Proverb. 30. *Sanguis iugæ duæ sunt filiae, &c.*

Negare autem non possumus, Aug. 15. de Trinit. c. 8. & 9. in ea fuisse sententia, vt putaret, similitudinem rei in speculo receptam videri: multo tamen verius est, & philosophiæ magis consonum id, quod hæcenus à nobis probatum est, & hæc satis de hac quæst. An vero de facto in Beatis sit species impressa, quam hæcenus probauimus esse posse, disp. 43. c. 7. dicemus. Vbi etiam satisfiet argumento, quo aliqui in hunc modum videntur contra superiorum sententiam. Si potest dari species: ergo de facto ponenda est: cur ergo communiter dici solet essentiam diuinam esse loco speciei?

DISPUT. XXXIX.

Quid senserit S. Thom. de specie impressa essentiae diuinæ.

Vera interpretatio sententiae S. Thomæ. cap. 1.
Diluitur oppositio ex eodem S. Thomæ contra interpretationem prædictam. cap. 2.

CAP. I.

Vera interpretatio sententiae S. Thomæ.

NON solum veram existimo sententiam, quam præcedenti disp. secutus sum, sed etiam doctrinam S. Thomæ minime aduersari, vt in hac disput. perspicue monstrabo, in qua etiam obiter mentem ipsius, & textum articuli exponam. Id vero tam ex professo disputare placuit, quod cum multi conjunctionibus superiori disput. factis plane videant, nihil omnino repugnare, speciem impressam essentiae diuinæ produci, solum propter Doctoris sancti auctoritatem, quem in contrariam partem interpretantur, id asserere non audent.

S 2 Omnēs

Solutio qua
suse explicat
Pauli men-
tem.

28

Aug. 15.
Preuerb. 30.
Ænigma,
quæ secundum
Augustinum.

Omnes vero fatentur, ipsum plane loqui non de facto solum, sed de potentia absoluta Dei: eius enim rationes ad hoc tendunt, ut ostendant manifestam contradictionem, & repugnantiam esse, ut diuina essentia per speciem videatur. Caterum permultri eius discipuli, quorum princeps videtur fuisse Caietanus, citati cap. i. precedentis disputationis, putarunt S. Thomam loqui de specie impressa deitatis, quæ solum sit principium eliciendi claram Dei visionem: quo circa defendunt, iuxta mentem Doctoris sancti nullo modo eam produci posse.

Caietani interpretatio.

Mihi tamen, verbis articuli penitus consideratis, summopere placuit expositio, quam doctissimus Franciscus Victoria in commentarijs huius articuli solebat adhibere. Aiebat enim S. Thomam solum loqui de specie, & similitudine aliqua deitatis, quæ prius visa ducat nos in claram ipsius visionem: & hanc non posse à Deo produci, existimasse, atque eadem quoque ratione negasse verbum expressum in intellectu beati, quod in eius sententia prius debet videri, ut in eo res, & obiectam cognoscatur, sicut inferius explicabitur: speciem autem impressam, quæ ex parte potentie se habet ad eliciendam visionem, non solum non negasse, quinimo disertis verbis eam de facto concessisse, ut disp. 43. c. 7. patebit.

De specie prius visa S. Thomam locutum fuisse dicebat Victoria.

2.

Id vero ex varijs locis eiusdem Doctoris sancti mihi persuasum habeo. Primo, ex argumento. Sed contra, huius articuli, quod desumptum est ex August. 15. de Trinit. c. 9. & est huiusmodi. Cum dicit Apostolus, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, per speculum, & ænigma intelligit quamcumque similitudinem accommodatam ad intelligendum Deum: sed videre clare essentiam Dei non est visio ænigmatica, siquidem ei visionem claram opponit Apostolus: ergo diuina essentia, quæ clare videtur in patria, non videtur per similitudinem. Vbi plane loquitur S. Th. de similitudine, quæ prius visa, sit ratio videndi Deum: hæc enim dicitur ænigma: illa vero, quæ tantum esset principium visionis, inepte ænigma diceretur. Cum igitur tantum contendat probare, Deum non videri per ænigma, solum excludit speciem, & similitudinem, per quam prius visam Deus videatur.*

August. Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Secundo, quia in a. 4. huius quæst. cum esset primum argumentum ad probandum, Angelum posse sua virtute naturali Deum videre, quia seipsum clare intuetur, ipse autem est speculum purum recipiens, si fas est, rotam Dei pulchritudinem, ut inquit Dion. 4. c. de diuina om. partum ante medium, responderi in solutione primi connaturale esse Angelo, cognoscere Deum per eius similitudinem in seipso resurgentem: sed cognoscere Deum per similitudinem creatam non est videre eum, sicuti est: quemadmodum in illo ar. 4. dicit, non posse Deum ab Angelo clare videre videndo prius seipsum tanquam similitudinem Dei: sed ibi id solum ea ratione negat, quia visa prius similitudine, deus, sicuti est, clare videri non potest: ergo similiter negat in hoc art. quod si in hoc artic. solum diceret, non dari speciem impressam, quæ sit principium eliciendi visionem, inepte ad illud argumentum responderet, & addidisset, *Sicut dictum est, scilicet in art. 2. Hoc eodem modo intelligendus est S. Th. infra q. 56. artic. 3. vbi loquitur de modo, quo Angelus in via Deum cognoscit.*

Tertio in artic. 11. huius quæstionis, ut probet Deum in hac vita mortali videri non posse, sic arguit: in hac vita cognosci non possunt, nisi res materiales: per has autem Deus clare videri non potest. *Ostensum enim (inquit) est supra, quod cognitio Dei, per quamcumque similitudinem creatam non est visio essentie ipsius, &c. ergo in hac vita Deus videri non potest: vbi plane loquitur de similitudine, quæ prius cognita faciat Deum videri, ut inde probet, per nullam creaturam prius cognitam nos posse in hac vita Deum clare intueri. Cum ergo asserat, hoc supra ostensum esse, nempe in hoc artic. 2. de hoc genere similitudinis, non de specie impressa, quæ est principium visionis in hoc etiam articulo debet intelligi.*

Ter. in conie. dicitur, S. Thom.

Quarto in hoc art. 2. non solum concedit nostro intellectu lumen gloriæ, quoad videndum Deum efficax reddatur, sed etiam asserit illud esse similitudinem Dei, tribuens virtutem facultati intellectus, ut Deum videat: ergo concedit similitudinem impressam potentie, tanquam principium intellectionis, quæ non prius intellecta, faciat Deum videri. Respondent aliqui S. Th. non concedere speciem impressam ipsius Dei, sed lumen gloriæ, quod, cum sit quidam effectus Dei, generali quadam ratione appellat similitudinem ipsius, & cum secundet intellectum, ut videat, dicit esse similitudinem ex parte potentie: cum vero negat speciem ex parte rei visæ, quam (inquit) necesse est vniui aliquo modo videnti, plane asserit, non dari speciem intelligibilem essentie diuinæ, quia illa vniatur intellectui videnti. Dixerat enim prius de visu corporali, necessariam esse & virtutem facultatis ad videndum, & visionem rei visæ cum visu, quia non sit visio in actu, nisi per hoc, quod res visæ quodammodo est in vidente: cumque res visæ non possit esse per se ipsam, oportet esse per aliquam sui similitudinem. De intellectu vero vidente Deum aliter philosophatur: ait enim necesse esse, præter intellectum dari etiam lumen gloriæ, quam appellat similitudinem ex parte potentie, ad corroborandum ipsum: at ex parte rei visæ, hoc est, ipsius Dei, non dari similitudinem, quia vniatur potentie, sed per se ipsam vniui. Negat igitur speciem intelligibilem impressam ipsius Dei, sicut contra concessit, in oculo dari speciem impressam coloris, quia vniatur potentie: eo quod alia res secundum se non possunt vniui potentie cognoscenti, Deus autem optime potest.

Quarto per dis. ar. sum. idem colligitur. S. Thom.

Eius. so.

Hic discursus omnes fere conuincit Thomistas, ut asserant, in doctrina Doctoris sancti non esse speciem impressam essentie diuinæ. Mihi tamen videtur in hoc articulo solum speciem expressam negasse: cum enim dicit, in facultate videndi necessariam esse virtutem ex parte ipsius, intelligit non solum naturam, sed etiam extrinsecus venientem, quæ ipsam naturam constituat in actu primo; ac proinde comprehendit & speciem impressam, quæ dicitur esse ex parte potentie, quia ipsam secundat. Cum vero addit, necessariam quoque esse similitudinem, per quam fiat visio, non de impressa intelligit, sed de expressa, quia actu sit visio vel potius est ipsa forma, qua aliquis videt. Applicans vero hanc doctrinam visioni claræ ipsius Dei, dicit, ad eam necessariam esse virtutem potentie, non solum naturam, sed etiam lumen gloriæ, quod est (inquit) similitudo quadam Dei: ac proinde putat lumen esse speciem impressam.

Impugnatur.

pressam. Ideo vero asserit, eam similitudinem, aut speciem esse ex parte potentiae, quia secundat potentiam ad eliciendam visionem, quod commune est omnibus speciebus impressis: addit autem, hanc speciem non se habere ex parte rei visae, quia non est prius visa, ut faciat obiectum videri, & hanc solum negat in intellectu vidente Deum, sicuti est, hoc est, putat non dari speciem aliquam expressam, qua visa, Deus videatur; sed Deum ipsum proxime, & per se vnitri potentiae actu videnti in locum speciei expressae, qua fieri solet visio, tanquam forma non efficientis: id quod sequenti cap. fiet magis manifestum.

6
Conforma
predicta, &
quod dicit S.
Thomam
quod dicitur de specie
expressa.

Postremo id, quod dicebamus ex mente S. Th. suadetur, & ratio praecedens magis confirmatur, quia nisi ipse loqueretur de specie expressa, quae prius visa videatur, cum negat posse produci speciem Deis, sed intelligeret speciem impressam quae esset principium visionis, ut prius visa faceret obiectum videri, tres rationes, quibus probare nititur, impossibile esse, eam produci in intellectu beati, futiles essent & inanes, ut praecedenti disp. cap. 4. monstratum est. Si vero loquatur de expressa, quae prius visa faciat obiectum videri, evidenter, meo iudicio, ostendunt, non posse Deum per illam speciem videri. Nam, ut ibi dicebamus ex sententia Scoti, non potest vnium clare videri per aliud prius clare visum, tanquam per medium, si in medio illo non sit tota entitas, & ratio alterius. Quare per speciem expressam prius visam, quae est interioris ordinis, quam Deus, nec est suum esse, nec est infinita, non potest Deus, qui est suum esse, superioris ordinis, atque infinitus, clare videri: ergo, ne dicamus, rationes Doctoris sancti frivolas esse, sed efficaces, melius est in eum sensum, quem exposuimus, mentem eius interpretari, in quem etiam plane videtur loquutus, si attente legatur 3. contra Gent. cap. 49. & quaest. 8. de veritate art. 1. Nec in 4. d. 49. quaest. 2. artic. 1. nec vsquam alibi oppositum docuit.

Obiecti.
Solutio.
7

Dices fortassis, B. Th. asserere, diuinam essentiam esse loco speciei impressae ad eliciendam visionem, quod non assereret, si putaret, talem speciem dari posse. Respondeo, nusquam id docuisse, ut disput. 3. demonstrabimus.

CAPVT II.

Diluuntur oppositiones ex eodem S. Thoma contra interpretationem praedictam.

Prima
inductio.

Hic expositioni S. Thomae quatuor videntur ob stare, primum est, in hoc ar. 2. quod superiori c. tetigimus, quia scilicet solum negat speciem essentiae diuinae, quia Deus vnatur in intellectu, sicut color vnatur oculo per sui similitudinem: sed species, qua color vnatur, est impressa: ergo negat etiam in intellectu beati speciem impressam essentiae diuinae. Tum etiam in oculo non est aliqua species, quae prius visa faciat obiectum videri: sed in intellectu beati, eam speciem negat S. Thomas, quae se habet instar illius, quam in oculo ponimus, ut color ei vnatur: Ergo non loquitur de specie expressa essentiae diuinae, quae prius visa faciat obiectum videri.

Solutio.

Respondeo, in doctrina Doctoris Angelici eam speciem, quam dicit se habere ex parte potentiae, esse solum impressam, quae non visa est principium visionis obiecti; eam vero esse ex parte obiecti, Vasquez in 1. part. Tomus 1.

quae est expressa virtute ipsius potentiae, & prius visa facit obiectum videri, & hanc non solum in intellectu putauit esse, cum res intelligitur, sed etiam in visu corporeo: Huic ergo comparat speciem diuinae essentiae, quae se habet ex parte obiecti, quam esse negat: nunquam enim de ea dixit esse necessariam ad eliciendam visionem, vel ad constituendam potentiam in actu primo, sed dixit eam esse, per quam fit visio in actu, vel fit res actu visa: quod sane intelligendum est, quia aut ea est terminus visionis, aut est ipsamet visio. Putauit igitur S. Thomas colorem ab oculo videri per similitudinem illius ab ipso expressam, & quamlibet rem hoc eodem modo intelligi a nobis, quoties illa non habet virtutem, quam habet Deus, ut secundum se vnatur intellectui, sicut res actu intellecta. Atque hac ratione probat, Deum videri in patria, sicuti est, quia secundum se proxime, non prius aliqua sui similitudine visa, videtur.

Intelle-ctio- nem in nobis fieri intellectu prius re- latione ad diuine S. Thomae. S. Thomae.

Porro autem S. Th. falsum putasse, quamlibet rem ab intellectu intelligi, intellecta prius similitudine sui, per speciem constat ex 1. lib. contra gent. c. 5. clarius ex 2. lib. c. 11. ubi verbum, & speciem expressam ab intellectu appellat intentionem intellecta, atque existimat illius existere nihil aliud esse, quam intelligi. Subiungit statim, Vnde oportet, quod in homine intelligente seipsum, verbum interius conceptum non sit homo verus, naturale esse hominis habens, sed sit homo intellectus tantum: quasi dicat, quaedam similitudo hominis veri ab intellectu apprehensa: id ipsum tradit q. 9. de potentia art. 5.

Capreol.

Hanc autem esse mentem S. Thomae affirmat Capreolus in 1. d. 35. q. 2. art. 1. post quintam conclusionem, & quamuis idem Capreolus dicat, hoc solum docuisse de specie expressa intellectus, quod scilicet ea prius videatur, non autem de specie aliqua expressa sensus externi, nusquam enim hoc videtur dixisse: nihilominus ipse S. Thomas non negat esse in visu expressam similitudinem obiecti, tiam praesentis, & e regione positi, quo actu videatur, & fiat praesens non secundum locum, sed secundum rationem cogniti: ea, quod omnis cognitio sit, aut habeat actu similitudinem obiecti cogniti, quam actualem, & expressam appellant, non habitualem, seu impressam. Huic autem comparat similitudinem expressam essentiae diuinae, quam dicit non dari in beatis, quia in eius doctrina haec species expressa, seu verbum intellectus hoc habet peculiare, ut ipsum prius videri debeat, imo nihil aliud sit, ipsum intelligi, quam obiectum cognosci: cum ergo essentia Dei, non videatur medio idolo, & similitudine prius visa, quia nullum idolum ita simile Deo exprimi, & figurari potest, ut ipso viso videatur Deus, sed videatur ipse, sicut est, consequenter negat, eam per expressam similitudinem videri.

Instant. S. Thomae.

Verum obijcies id, quod idem S. Thomas 4. contra gent. c. 11. dicit, nempè similitudinem expressam distingui à recognita: probat autem hoc modo: quia aliud est intelligere rem, aliud vero ipsam intentionem, hoc est, verbum productum, & expressum: hoc enim cognoscit, cum supra se intellectus se reflectit: existimat igitur, directe ab intellectu non intelligi verbum quando in ipso rem cognoscit.

Solutio.

Respondeo ex mente Doctoris sancti bisariam cognosci posse verbum, & speciem expressam, primum quatenus est similitudo relata ad ipsum obiectum: S 3 i. cum: